

fol. 74^r

Nr. 300, 301

300.

(1400) Okt. 29: Die Universität nimmt in gewohnter Weise auf einmütigen Beschluß die Magister Gerhard Brand, Johannes Kunch aus Dieburg und Ludwig de Busco auf. Gerhard Brand erhält einen 7. Platz im Kollegium, da Plätze und Rang für den in Angelegenheiten der Universität abwesenden Johannes Zull reserviert werden.

Item congregacione universitatis hora septima de mane in crastino Symonis et Iude ad recipiendum tres magistros ad universitatem, scilicet magistrum Gerhardum Brand, magistrum Iohannem Kunch de Dippurg, magistrum Ludewicum de Busco, qui ex concordi deliberacione dicte
5 universitatis fuerunt admissi secundum modum et consuetudinem dicte universitatis, insuper prefatus magister Gerhardus Brand admissus fuit eodem tempore ab universitate ad locum septimum in collegio, quia tunc ex certa sciencia et voluntate voluit dicta universitas, ut magistro Iohanni
10 Zul reservaretur locus suus et ordo, quo receptus fuit, quia absens erat propter facta universitatis.

301.

(1400) Dez. 18: In einer Versammlung der Doktoren und Magister richtet Johannes de Noet im Auftrag von Colinus, Dekan an St. Paul zu Worms, das Gesuch an die Universität, sie möge im Zusammenhang mit der Errichtung und Ausstattung eines Altars und Benefiziums das ihr gehörende Haus „hinter der Kapelle“ zur Verfügung stellen, damit dieses nach Renovation als Wohnung für den Pfründeninhaber dienen kann. Colinus möchte auf Lebzeiten Inhaber mit allen Rechten bleiben, die gemäß einer darüber auszustellenden Urkunde nach seinem Tode an die Universität übergehen sollen.

Item facta congregacione doctorum et magistrorum decima octava die decembris in capella beate Marie virginis hora prima post meridiem ad audiendum proponenda ex parte domini Colini decani Sancti Pauli in Wormacia proposuit et supplicavit ex parte predicti domini decani
5 venerabilis dominus Iohannes dictus von der Noet decretorum doctor, quatenus dicta universitas nostra vellet quandam domum ad eam pertinentem sitam retro capellam beate semper virginis liberaliter concedere

318